



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de
Antverpiae, 1610**

9 De retractu Conventionali, eiusque præscriptione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96570)

Burgund. Rub. 5. §. 1. & conf. 11. n. 9. Sic & Franciscus Purpuratus scribit hanc opinionem communē esse in d. l. petens. n. 48. dubius tamen an vera sit. Huius equidem sententia: præcipua ratio est, quod ius istud, quod emptor cogitur priori venditori rem ipsam vendere, competit venditori actione quadam personali, quæ tollitur 30. annorum spacio, d. l. sicut in rem. & ideo his elapsis non poterit venditor actionem ipsam in iudicium deducere, quin exceptione legitimæ præscriptionis excludatur. Quonobrem Angel. & alij communiter idem esse existimant, etiam si emptor promiserit venditori rem emptam vendere quandocunque, & quoties in perpetuum pretium, quo vendita fuit, reddiderit.

Quibus expressim aduersatur Fabianus à Sancto Sabino in tract. de emptio. 3. quest. 7. questionis principalis. Barbat. consil. 51. nu. 9. lib. 1. Parisius dict. consil. 92. Ioann. Crocius in l. nemo potest. fol. penult. versicul. ultimo nu. ab ff. de legat. 1. Geradas singul. 18. Alciat. in Robr. de præscriptio. nu. 64. Ioan. Igneus in l. in cognitione nu. 76. ff. ad Syllan. Barbat. iterum consilio 22. ultimo dubio. lib. 4. Challanæus dict. consil. 11. & d. §. 1. Potissimum ex his rationibus. Prima huiusmodi pactum redimendi collatum est in liberam voluntatem & facultatem venditoris, vt possit quandocunq; redimere. sed t̄ ea quæ sunt facultatis, minime tollitur præscriptio. l. viam publicam. ff. de vi a publ. igitur in præsentī calū hæc facultas tolli non potest præscriptio. huic vero rationi respondetur, ea, quæ sunt facultatis publicæ præscribi non posse. ea vero quæ sunt facultatis priuatæ, esse præscriptibilia secundum Bald. in l. licet & ibi Corn. 1. col. C. de iure delib. text. in l. in bello. §. si quis seruum. ff. de cap. l. vlt. ff. de vscapion. l. si quis quæ. ff. de diuers. & temp. præscript. Vel hæc prima ratio obtinet in his, quæ sunt mera facultatis & ad factum pertinent, nõ sic idem erit in his quæ iuris sunt, & ex aliquo iure cõpetunt, sicuti ius adeundi, quod secundum communem omnium interpretationem in d. l. licet. triginta annorum præscriptio ne extinguitur. competit etenim hæc facultas redimendi rem venditã ipsi venditori oblato pretio iure quodã, quod ei ex conuentione acquisitum est: & ideo vt ius adeundi tollitur, ita & istud tolli potest triginta annorum spacio.

Secundo communem sententiam impedit, t̄ quod qui offerendi præscribit non potest, text. in l. pure. §. vlt. ff. de doli except. l. Paulus. §. vlt. in ff. quibus mod. pign. vel hypothec. solut. pactum vero hoc redimendi, ad pretij obligationem pertinet, dicit. l. 2. consequitur igitur ei iure præscriptionem nequaquam obesse, sed & hoc tollitur ex eo quod iuri offerendi cõiuncto iuri excipiendi & tandem exceptioni nunquam præscribitur. Bart. in l. pignori. ff. de vscapionibus. quem in hoc alij communiter sequuntur. Ac si ius offerendi actioni coniunctum sit, posse tolli præscriptio, idem Bart. & frequentissime Dd. fatentur. optimus text. in l. cum notissim. §. 1. & seq. C. de præscr. triginta vel quadraginta ann. vnde eū ius istud offerendi venditori competat iure actionis, mirum nõ est id præscriptio ne extinguitur. Quod si dixeris, offerenti ex quo actio post obligationem competitura est, præscriptionem non nocere, quemadmodum Bart. probare conatur in d. l. pignori argumento l. vlt. C. de con. insl. l. suus quoque. §. vltimo ff. de hereditibus insl. primum illud respondebo, in hac specie, quam tractamus actionem ab initio contractus venditori competere, vt ei liceat oblato pretio rem venditã redimere. Deinde Bartoli cõclusionem falsam esse contendam, propter dictam l. cum not. simi. §. sed cum illud. sic etenim & idem Bart. sibi parum constas tenet in l. 1. ff. de cond. ex leg. n. 4. præscribi iuri competenti ad offerendum, aliquid agendũ pro acquisitione alicuius rei idem probatur ab Accur. in dict. l. cum notissim. §. eodẽ iure in verbo, opponere. à quo deducitur ius offerendi, quod competit ad actionem acquirendã, tolli præscriptio, idem ibi probat Sali. & est cõmunis opinio secundũ Ang. Arretin §. actionũ. n. 54. de action. Alex. in l. s. finitã. §. Iulianus. num. 64. ff. de dam. insl. Franc. Balb. de præscript. 4. part. princ. quest. 2. sequuntur eandem sententiam Ang. & Imo. in d. l. pignori. Fanensis de pigno. 6. part. 2. memb. n. 19. Dec. in l. petens. C. de pact. col. 3. & conf. 1. 44. col. vl. Taf. in l. quandiu. ff. de acq. her. col. 2. Pau. de Cast. cons. 220. l. 2. Aymon. con. 111. n. 23. & in tract. de antiq. temp. 4. part. cap. circ. præmissa. num. 35. & 37. vbi sequitur opinionem Ang. in d. conf. 53.

Tertio communi opinioni refragatur t̄ text. in d. l. quod si nolit. §. si quid ita venierit. in d. l. 2. C. de pact. inter emp. & vend. vbi cõuentio redimendi rem venditam, si certum tempus præscriptum non fuerit, in perpetuum ius redimendi tribuit. & præterea vbi in promissione apponitur verbũ quandocunque, vel perpetuo: non currit præscriptio, vt per illum tex-

tum volunt ibi Bal. & Ang. idem Ang. & Imo. in l. 1. ff. de vscap. Socin. cons. 86. col. pen. lib. 1. Capolcaueta. 68. fatentur in l. 1. ibi summo. Sed & hoc procedit, quoad præscriptionem decem vel viginti annorum. nam triginta annorum præscriptionem his dictionibus minime tollitur: de dictione, perpetuo, est d. l. minor. §. statu liberum. ff. de iudicio. l. pretor. au. §. hoc. inter. quandocunque. glo. notab. in 1. verb. quandocunque. & ibi Bal. col. 1. de feud. dat. in vicem leg. comm. gl. & ibi Corn. in l. 1. C. de bona matru. adiuncta. l. 1. ff. solut. matr. vbi Bald. ad finem hoc ipsum notat in Arct. in l. cum stipulatus sum mihi à Proculo. 3. col. ff. de verb. oblig. Ale. in l. nemo. col. vlt. ff. delegat. 1. quibus accedunt plura, quæ à Trufatis quidem est dictiones istas, quibus in d. §. si quid ita venierit & in d. 2. Iurifconsultus & Cæsar. vtuntur, in hunc modũ accipiendas esse, vt triginta annorum præscriptio vim & legis effectum obtineat, secundũ Ang. in d. §. si quid ita venierit & eundem in d. l. nemo potest col. 2. vers. quid autem sit & conuersa. quam interpretationem etiam contrahentium verba patiturum, cum & ea iusta sit, & à lege procedat.

Quarto obicit fortiter cõmuni sententia, quod emptor cum sciat se obligatum reuendere rem venditori, quoties t̄ is redimere voluerit, nullo tempore potest præscribere, quippe qui malam fidem habeat. text. in c. vlt. de rescrip. c. ius ratione ad hanc quæstionẽ vtuntur Fabianus in d. q. 2. Paris. cons. 29. nu. 36. Felinus in Rob. de præscript. col. pen. vers. cõspicitur, Challanæus consil. 11. num. 29. Gerad. d. sing. 18. eleganter Fulg. consil. 122. verum in specie hoc resellitur per Bald. cons. 309. lib. 1. au. 3. Soc. Jun. consil. 145. lib. 1. nu. 64. Tirag. d. gl. 2. nu. 27. ac nentes etiam hæc præscriptionem procedere ipso emptore sciente, nec ignaro propria obligationis, idemque sententiam fatentur omnes qui opinioẽ Angeli sequuntur, quæ velut communi adhuc emptore sciente non esse in iudicando recedendum, Soc. n. 73. scribit. Quia emptor non est in mala fide ante obligationem pretii, cum aliter non appareat quod venditor velit redimere. Et præterea vbi mala fides ex scientia rei alienæ, vel propria obligationis oblique peccato procedit, poterit optime admitti præscriptio triginta annorum à iure ciuili statuta, sicuti visum est Adriano in 4. sentent. tract. de rest. §. hoc supposito. Corneo cons. 277. lib. 4. Pano. in c. vlt. de præscript. n. 13. & in c. clerico. col. pen. de iuro con. per. & licet Corn. ac Pan. in præscribendis actionibus personalibus hoc admittant vbi nulla potest dilata solutio, culpa debitori imputari, secus esse existimantes in præscriptio ne realis actionis: Adrianus tamen sentit & in rebus idem posse defendi, cum possessor sciens rem alienam esse, minime sciat, cui sit eius restituito facienda. Ego nec Adriano, nec Panormitano consentio, cum mihi certissimũ sit vel scientiam rei alienæ vel propria obligationis, & sit in solutione, vel restitutione differenda nullũ mortale aueniale crimen committatur, ipsam præscriptio ne impedire, quod latius alibi ostendam. Et ideo pro sententia Bald. Angel. & sequacium adduci satis commode poterit decisio Anchar. in regu. sine possessione. de reg. iur. in 6. julio 3. vers. item intus gas scribens heredem, non petentẽ legatario rem legatam posse eandem præscribere, etiã si hæres ipse sciat rem illã Titio legatam esse. idem adserunt, post Anchar. Barth. Socin. cons. 2. ad finem l. 3. Dec. con. 554. Franciscus Balbus de præscr. 3. parte. 3. part. pr. q. 13. Ripa in l. vlt. C. de reuoc. don. qu. 69. Pau. Paris. cons. 92. l. 3. n. 34. Soci. Junior in dict. cons. 145. n. 71. Ant. Fano. de pigno. 7. part. 2. n. 22. Maria Soc. cons. 63. col. 4. l. 1. And. Tirag. in l. si in quã in verb. reuertatur. n. 31. C. de reuoc. dona. quorũ ratio est, quod vbi per acceptationẽ agnitionẽve alicui actio est cõpetitura, dum is nondũ acceptauerit agnoueritve, aliter cõtra quem actio datur, nõ potest dici mala fidei possessor. Sic enim dũ venditor pretiũ nõ obtulit emptori nondũ emptor in mala fide cõstituitur. ad hæc facit communis interpretatio glo. in d. l. cum notissim. §. eodem iure. ex qua licet creditor obtinens rem debitoris sibi pignori traditã, dominũ ipsius rei nequeat ob scientia rei alienæ præscribere, actionẽ tamẽ pignoratitiã si debitor tringinta annorũ spacio debuit nõ obtulerit, optime præscribit: cū ea actio nec debiti obligatio fiat: nequaquã oriatur: interim igitur dũ obligatio nõ fit, non oritur pignoratitiã. si rem alienã. §. con. ff. de pigno. actio. §. vlt. In sit. quibus modis recontr. oblig. & eo tempore bonã fidem habet creditor respectu iuris offerendi compe-

entis debitori quam ob re huius iuri offerendi praescribitur
 principaliter, & ex consequenti pignoratitia actioni, qua
 ea obligatione foret competita, quod in specie ita ex
 plicat Anto. de Fano, de pignor. 6. par. memb. 2. n. 19. post alios, qui
 accurrunt opinionem in d. s. eodem iure. sequuntur. Legito ta-
 men Angelum, Aretin. §. actionem n. 15. l. 1. de action. qui tra-
 ctat, qua ratione debitor exclusus praescriptione ab actione
 pignoratitia, possit agere rei vindicatione. Illud pro-
 pter hoc in re considerandum est: non recte Ancha. sen-
 tentiam ab eius fundamento deduci, siquidem legatum ante
 acceptationem adquiretur legatario quo ad actionem rea-
 lem, vel personalem statim, quandoque a morte testatoris,
 quandoque a die aditae hereditatis, iuxta l. i. C. commun. de le-
 g. 1. §. de iur. Titio. ff. de iur. Alex. l. f. Ripa in l. i. n. 38. ff. de
 leg. 1. aradii & ipse in c. Raynuius. §. i. num. 1. de test. nam licet
 legatarius possit legatum pure relinquitur repudiare, inte-
 rum dum non repudiat, ad eum pertinet, quo fit, ut heres e-
 ant ante moram, fructus & re legata perceptos restituere
 legatario teneatur. nec titulo bonae fidei possessoris ab ea
 constitutione defenditur. Bald. Paul. de Cautr. & Doct. com-
 muniter in l. apud Italianum. §. 1. ff. de leg. 1. vnde Phil. Dec. in cap.
 iulius. s. Maria de cons. n. 26. scribit. Anchar. sententiam tunc
 legatum posse obtinere, cum legatario legatum fuerit sub
 conditione, si voluerit, id est, declaraverit se velle. cum
 eo casu ante hanc declarationem nec actio ei coepit, nec
 legatum debetur. l. sita legatum. §. illi si veler ff. de leg. 1. vbi cle-
 ganter Paul. Caltren. quia & Cuma. conf. 147. maxime ad-
 vertatur Ancharano, sed loquitur eo casu, quo haeres ipsius
 legatarium ignorantem certiorum legati non fecerit, tan-
 dem utcumque sit, parum oberit opinio Anchar. his, qui ab
 Ang. dissentire velint, primum quia in hac specie, quam
 tractamus, statim ab initio contractus actio oritur ad rem
 ipsam redimendam: at in casu quaest. ab Ancharano propo-
 sita actio nundum competit, nec oritur ante acceptationem
 que spatium annorum omnia fuerit, quo pacto haec obiectio-
 nem. Par. distol. 4. n. 26. & praeterea quia legatario omittente
 legati petitione & acceptationem tempora triginta annorum
 praescribitur non ex alia causa id omittente, quam quod nolit
 legatum ipsum accipere: non hic in venditore, qui habet ius
 redimendi. potuit enim is, & hoc frequenter contingit, ius
 hoc redimendi pacto sibi iam competentem, forsitan non habes-
 se redimendum paratum pretium, tanto tempore tacuisse.
 His tandem ita praemeditatis in hac difficultate quaest. & si
 sciam magis communem esse opinionem Angelii, ad eius
 congruam resolutionem proponam aliquot, & primum fal-
 sum esse quod Ancha. asseuerat d. cons. 331. scribens, hoc ius
 redimendi decem tantum annis tolli. Nam cum ea actio perso-
 nalis sit, omnino exigit triginta annorum spatium: & ideo de-
 fendendi iure nequit, quod ab Ancha. obiter adnotatum fuit, se-
 cundum Bal. d. q. 1. Cur. Lun. in d. l. per. n. 23. Alci. in Ru. de praes. n. 64.
 communiterque receptum est triginta annorum praescriptione
 fore necessaria. Fortassis ex l. Reg. 65. (63.) in Taurinis con-
 stitutionibus sufficit viginti anni. [hodie l. 6. tit. 15. l. 4. Recopil.]
 Secundum, constat, plane vbi haec triginta annor. praes-
 criptio bona fide, que sapissime & hic contingere potest,
 perfecta fuerit, verisimam esse Angelii, & aliorum senten-
 tiam: vbi vero ea praescriptio mala fide processerit, & si
 communiter obtentum sit, eam sufficere ad tollendum ius
 redimendi. mihi satis dubium id est: ac potius placet quod
 contrario adnotauere Fabian. Barbar. & sequaces, quorum
 superius mentionem fecimus.
 Tertium, etiam si Angelii opinio vera sit, ea procul dubio
 solum procedit, cum venditor actione ad redimendum re-
 ex pacto vitur. Quod si is, rei ipsius forte possessor, uti vo-
 luerit retentione oblato pretio emptori rem petenti, obti-
 nebit, non obstante triginta annorum praescriptione l. pure §.
 n. ff. de ad. excepti. Et quamuis casus dissimilis sit, huc tamen
 tendunt rationes adductae per Signorol. conf. 149. cuius res-
 pondit statim examinauimus. Nec enim emptor huius
 temporis decursu dominium rei acquisiuit, ut censamus
 id eam vendicare posse a quoque possessore, sed tam-
 tum actione competenti ad redimendum praescripsit, & ea
 ratione ius exciendū oblato pretio venditionis inuiola-
 tum manet: quo uti poterit venditor, argumento eorum,
 que Barto. notat in l. pignori ff. de usufructu. cuius ad hanc de-
 cisionem meminit Aymon. conf. 71. n. 4. Quarto, adeo quibus-
 dam placuit, hoc ius redimendi praescriptione triginta an-
 norum extingui, ut verum esse existimus, etiam si pactu,

id iuratum fuerit, quod expressim Ang. & plerique alii asse-
 uerant, maxime Ias. in d. l. si mater. & Fran. balb. in d. qu. 3. quo-
 rum opinio communis est, ut testatur Soc. Lun. conf. 145. l. 1. n. 62
 & Boer. dec. 182. col. 2. & id vtcumque; admittendum erit, vbi
 iuramentum tendit ad promissionem simplicem ipsius red-
 emptionis & pacti: quali secus sit in iuramento, quod pre-
 scriptum fuerit ipsius praescriptionis expressa renunciatione
 nam istud impedit sane etiam triginta annorum praescriptio-
 nem: secundum Felin. in Rubr. de praes. n. 15. & ibi Alciat. n. 69.
 Alexand. in l. nemo potest. n. 26. Gerad. singul. 18. imo etiam iura-
 mentum ad promissionem & pactum redimendi pertineat, 7
 necessaria est quadraginta annorum praescriptio quoadmo-
 dum in hac ipsa quaest. tenent Aymon. conf. 71. n. 2. Soc. Lun.
 conf. 145. l. 1. n. 62. Lud. Goz. in l. 2. C. de pact. inter emptor. & venditor
 quaest. 4. conclus. 1. ea ratione. quod iuramentum perpetua effi-
 ciat actionem ad quadraginta annos, & si ea aliquo tempo-
 ralis sit, l. nam & postea. §. si is qui temporalis ff. de iure iur. vbi Barto.
 Ang. Alex. & Doct. communiter Ias. in §. item si quis in 2. l. col.
 de action. Regial. to. tit. 11. part. 3. iuncta l. vlt. C. de praes. triginta an-
 norum. ceterum si Angeli sententia vera est, hanc interpre-
 tationem non patitur. nam quod in dicto §. si is qui temporalis, pro-
 batur, & ex eo Bartol. & Doct. colligunt, obtinet in iura-
 mento, quod etiam extra iudicium, vel in ipso contractu defertur
 a debitore creditori iuranti vera esse, que in eo contractu as-
 seuerantur, & hoc ad exemplum eius, quod in iudicio ad litis
 dubiae decisionem litigati defertur: secus vero dicendum erit
 in iuramento promissionis, quo quis iurat contractum ser-
 uaturum. sic sane eleganter hanc difficultatem explicat Ro-
 deric. Zuars in l. post rem. ff. de re iudic. 2. notabil. versicul. considera
 vlt. col. quo in loco absque hac vltima interpretatione res-
 positum Ang. probat sequutus eam declarationem, quam ex
 Felino & Alciat. retulimus.

Quinto illud praeter ceteris est circa hanc disputationem
 consideratione dignum in censibus, & redditibus annuis,
 qui cum pacto redimendi constituntur, eam redemptionem
 perpetuo absque vlla temporis praescriptione permittam esse
 nec in his locum fore communi Angelii & aliorum opinio-
 ni ob plures rationes, quibus hoc apertissimi iuris esse
 constabit. Prima, quia in hac specie ius redimendi coniunctum
 est exceptioni, quod patet: nam cum emptor agit ad reditus
 solutionem, venditor excipit quo ad futuros saltē reditus
 offeredo pretium redemptionis. vnde sicut natura excep-
 tionis perpetua est, & nulla temporis praescriptione tolli-
 tur. l. pure §. vlt. ff. de doli excep. Barto. in l. pignori ff. de usufructu. que
 alii sequuntur, & praeter ceteris Francisc. Balb. 4. part. 5. partis
 princip. quaest. 2. de praescript. Fanensis de pignor. 6. part. 3. memb. ad fin.
 ita & ius offerendi quod iuri excipiendi coniunctum est,
 nunquam praescriptione tollitur, quod expressim probat
 Bartol. in dicto l. pignori. & hi qui eidem accessore per l. Paulus.
 §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypothe. solu. vbi qui possidet, pignus habet
 ius offerendi perpetuum, poteritque ad rem ipsam retinendam
 quandoque offerre. idem notat Cornecus. l. licet. C. de iure deliberand. Secunda ratio ea est, quod praescrip-
 tiones ob id introductae sunt, ut per eas occurratur iuri a-
 gendi, non autem iuri excipiendi siue retinendi, cum ad id
 ipsum tendant. sicut. C. de praescript. triginta vel quadraginta anno-
 rum notatur in l. 1. C. si aduersus credit. quo fit, ut aequum, iurique
 consonum sit, eas praescriptiones non impedire ius illud
 excipiendi, vel retinendi, ad cuius confirmationem sunt in-
 troductae l. legata ff. de legat. 1. l. cum tale §. vltimo. ff. de condit. & de-
 monstrat. Tertio eadem sententia comprobatur ex eo quod
 in qualibet annua praestatione interruptitur praescriptio,
 quia censetur tacite facta ex titulo praecedente, & ad illum
 refertur gloss. in l. 2. C. de acquirend. possessione. Bartolus. in l. cum
 solus ff. de usufructu. Soc. conf. 15. l. 4. titulus autem habet illam
 qualitatem redemptionis, quae in qualibet praestatione est re-
 petita, saltem tacite, ergo interruptitur praescriptio, & ideo
 ratione huius interruptionis non potest extingui, nec tolli
 praescriptione temporis hoc ius redimendi annuos reditus.

Postremo frequentissime hi annui reditus modico pretio
 saltē minori, quam perpetui emuntur, qua ratione in his redi-
 tibus ad rationem duodecimae, decimae, vel quatuordecimae,
 constitutionis facultas redimendi ad contractus iustitiam per-
 tinet, & est de necessitate iustitiae, quod alibi latius proba-
 bitur vnde ea facultas tolli non potest per praescriptionem. Et
 ita in hac quaestione expresse responderunt Signorol. conf. 139.
 in l. petes. col. 3. C. de pact. & conf. 164. vlt. dub. conf. 11. & in consuet. Burg.
 Rub. §. 1. Andr. Tiraque. de tractatu conventionali. §. 1. gloss. 2. n.



29 & Carol. Molin de contr. quest. 17. nu. 19. & quest. 94. dicens ita iudicatum fuisse in supremo Parisiensi Senatu. idem tenet Tiraque. d. n. 26. & seq. ubi simpliciter esset oppositum pactum redimendi, etiam absque dictionibus, semper, quandoque, & similibus. Ex quibus apparet, perpenis huius profretra conclusionis rationibus, eam veram esse, quocunq; pretio empti fuerint annui reditus: nam etiam si vltima ratio tunc cesset, priores tamen adhuc obtinent.

Ex vltima vero ratione deducitur iniquum esse propter pretii iniustitiam contractum, quo annui reditus venduntur ad rationem vnus pro decem, aut duodecim, cum pacto redimendi intra decennium, ita vt post decennium redimi non possint, ac maneat perpetuus reditus. Sunt etenim hi contractus suspecti, quomuis à Romanis Pontificibus approbati quibusdam seruatis conditionibus, quarum ea potissima est, quod pretium sit iustum: at in hoc contractu vere iniustissimum est, quò annui reditus, qui perpetuo redimi possint, eodem pretio vendatur cò muni omnium estimatione, quo vediti fuerit hi decennio tatum redimibiles, item ex eo, quod ab eisdem Romano rum Pontificum constitutionibus exigatur libera & perpetua venditoris redimendi facultas. igitur si ea restricta sit, contractus nec licitus est, nec permittitur, quod passim traditur ab his qui de his annuis redibus scripsere. Et licet Contrat. de contr. qu. 83. conclus. 8. & 10. a. Medi de restitut. cap. de censu redimibili. col. penul. probare velint prædictum contractum licitum esse, vbi iustum fuerit annui reditus pretium arbitrio boni viri, qui rem istam æstimabit, cum qualitate restricta libertatis, siquidem maius pretium necessarium est, quam si libera ex contractu competat redimendi facultas. Hoc tamen, quem profusum, casu adest iniquitas in pretio, & ideo contractus illicitus est nec iusta ratione defendi potest. Nec oportet hunc contractum vsurarium esse, licet si iniquus sit, ea siquidem restrictio, vt intra decennium liceat redimere, non autem post, non vitiat contractum, sed vitiat & reicitur ab eo, itaque manet annuus hic reditus redimibilis perpetuo. & in hunc sensum accipiendum est quod diximus, esse hunc contractum illicitum, id est, hanc eius conditionem esse iniquam: vnde satis erit eam à contractu reici, & tolli secundum Carolu Molin. in tract. de contr. quest. 90. sentit Andreas Tiraque. in li. 2. de retract. in princ. nu. 30. quem legito §. 1. gloss. 2. nu. 64. & sequentibus. Aliud enim dicendum erit ex his, quæ ab eisdem traduntur, vbi conditio in hunc modum concipitur, vt liceat venditori redimere post decem annos non antea, tunc equidem vsurarius est contractus, quod oportunitus alibi examinabitur: sat enim est, hunc, de quo agimus, contractum iniquum esse ratione conditionis contractu iustitiam pretii apposita, non tamen vsurarium. Quamobrem cum semel in Regio pætorio ageretur de executione contractus, quo annui reditus hac abiecta conditione empti fuissent, essetque petita exequutio pro iam decursis vnus anni redibus, & opposita intra decem dies iuxta legem Regiam vsuræ exceptio. ob quam iudex inferior pronunciasset contractum non posse mandari executioni, reuocata fuit eius sententia, ac tandem desinitum, ipsum contractum executioni tradendum esse, non obstante exceptione vsuræ, reseruat ipsi reo iure tractandi prædictam contractus conditionem, siquidem tantum actum fuerat de executione contractus ad solutionem reditus iam decursi. Quod si ex illa conditione contractus vsurarius foret, minime posse executioni tradi, cù Regia cõstitutio, quæ de executione iudicio extraordinario, & admodum breui, contractibus statuta est, vsuræ exceptionem ad impediendam executionem omnino admittendam esse censet, & tandem ea fuit iudicium omnium mens, si de reicienda à contractu conditione actum fuisset, plene iudicassent eam reiciendam fore, quo liberum esset venditori annui reditus, etiam post decennium resituito pretio ipsum censum redimere quod est memoria commendandum.

C A P V T X

De Confirmationis Sacramento ad interpretationem text. in c. quanto. de consuet.

S Y M M A R I A.

- 1 Confirmationem Sacramentum esse noua legis, itaque ex sacra scriptura probatur. & num. 2.
- 2 Ecclesie auctoritas sola sufficiens est resitutorum in his, quæ ad religionem idem pertinent.

- 3 Sacramentum ab alio quam à Christo institutum non posse.
- 4 Christum an sic necessarium ad sacramentum confirmationis & non posse ad c. 1. de sacra. nouiter.
- 5 Sacramentum hoc confirmationis, an sit precise necessarium ad salutem.
- 6 Episcopus solus, non sacerdos simplex est huius Sacramenti minister.
- 7 An sacerdos simplex sit huius Sacramenti minister ex Romani Pontificis commissione.
- 8 Sacerdos etiam solemniter degradatus conficit corpus Christi.
- 9 An possit simplex sacerdos minores ordines ex Romani Pontificis delegatione conferre.
- 10 Minores ordines an sint sacramentum.
- 11 Quis sit verus sacramenti penitentia minister?
- 12 Summus Pontifex in his, quæ ad finem pertinent, errare non potest.
- 13 Summus Pontifex errare non potest in canonice ratione sanctorum.
- 14 Confirmationis sacramentum non potest ab alio quam Episcopo ministrari, etiam ratione immemorati præscriptions.
- 15 Episcopus an sit vere ordo ab aliis distinctus?
- 16 An is, qui prebiter non est, possit in Episcopum consecrari, atque ita oratus, an recipiat Episcopalem potestatem.

Innocentius tertius, pius eruditusque Pontifex, moribus & doctrina maxime illustris, si. 1. Decret. tit. de consuet. c. quoniam confirmationis materiam attingens scribit huius sacramenti Episcopos non presbyteros, minuitis adeo esse, vt minoribus confirmandi us aliis, quàm Episcopis conueniat, queat, satis esse asseuerans sacramentum istud fidelibus Christi fidem baptismate profectis non conferri, quam à presbyteris non Episcopis ministrari. Quam quidem ex istolam decretalè iuris Pontifici interpretes etiam diligenter examinarint, plura tamen omiserunt, quæ ipse opere pretium duxi ad eius tutiorem cognitionem & intellectu colligere ex ipsius capitis decisione, tria aut quatuor deinceps.

Primum confirmationem noua legis sacramentum esse, quo per baptismum uoluntatem, erectiq; sustentantur, & confirmamus, ne ab hominum impetu furis impetentelebamur, in hoc mundo tota ætate inter inuisibiles hostes & pericula victuri, itaque in baptismo regeneramur ad vitam, post baptismum uoboramur: in baptismo in milites Christi recipimur, & veluti tyrones sub eius vexillo pugnamus nomen edimus, in cõfirmatione ad prelia huius mundi armis competentibus instrumur, virumq; augmentum ad gratiam accipimus à Spiritu sancto, qui super aquas baptismi salutifero descendit illapsus, in fonte pulchritudine tribuens ad innocentiam c. 1. de consecrat. dist. 5. No enim factis visum est humani generis redemptori nobis in baptismo spiritum innotantem impartiri, nisi & per confirmationem atq; fontis chrismate cõsignationem per impositionem manus episcoporum largiretur sane spiritum continentem, ac defendentem. vnde Luc. vii. dicitur discipulis iam baptizatis: sedete in ciuitate quoad usq; induamini virtutem ex alto. Ad horum manifestam comprobationem duo apertissima sacre scripturæ loca sunt adiuuanda. Primum, Act. 8. Cum autem audissent Apostoli, qui erant Hierosolimitani, quod recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum & Iohannem, qui cum venissent, orauerunt pro ipsis, vt acciperent Spiritum sanctum, nondum enim in quosquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Iesu. tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum. Rursus Act. ca. 19. His auditis baptizati sunt in nomine Iesu. & cum imposuisset illis manus Petrus, venit Spiritus sanctus super eos. Ecce igitur quod post baptismum erat signum sensibile impositionis manuum, quo conferebatur gratia Spiritus sancti, & ita erat sacramentum sicuti probat text. in c. quanto. §. penul. de sacra. vni. c. c. v. in a. de sacra. non iterum & concilium Florentinum sub Eugenio quarto. Hoc ipsum indubitatum esse satis apparet ex ipsius Catholice Ecclesie auctoritate, quæ sacrosancta est, & firmiter accipienda potissimum in his, quæ ad fidem & religionem pertinent. Nam quoties siue de scripturis, siue de veritate quouis alia ad Catholicam fidem spectante est controversia, sufficiens est ipsius ecclesie potestas iudicialia ad dubitationem dissoluendam, penitusq; rescindendam, quoad quidem nullus penitus rectius vel scripturam aliquam interpretabitur, quam is, qui spiritum, & mentem scriptoris habet. Ecclesia ergo Spiritum Dei habes errare nequit in diuinis testimoniis interpretandis, quippe quæ ab ipso Christo eius sponso regatur, & doceatur, eam enim Christus dilexit, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret. Paulus ad Ephes. quinto. idem Paulus ad Thimoth. 3. Ecclesia Dei, quæ est fundamentum, & columna veritatis, & Matth. ca. 28. dicit Dominus: Ecce ego vobiscum in omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Primum ergo pro-